



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

6. Religiosi ex priuilegio absoluunt ab excommunicationibus Papæ, & Episcopis reseruatis extra Bullam Cœnæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

docent) ea potestas & iurisdictio omnibus Sacerdotibus palam excommunicatis, hæreticis, degradatis &c. Competat, sed etiam quod iure Ecclesiastico comuni omnium Pontificum & Conciliorum consensu potius ex ipsa Apostolorum institutione absoluendi potestas & iurisdictio in articulo mortis concedatur, vide *Tan. cit. q. 9. dub. 3. Henric. cit. c. 12. Suar. t. 5. d. 7. s. 6. Sa. V. Absolutio ab Excomm.* Forma absolutionis potest esse: Absoluo te ab excommunicatione, quam incurristi v. g. propter percussione Clerici, & restituo te Sacramentis Ecclesie, seu communioni fidelium: aut quæuis alia verba cum intentione, sufficiunt, nec teste *Sa. cit. n. 5.* requiritur expressio verbalis in absolutione excommunicationis.

VI. Extra mortis articulum multi Religiosi per sua privilegia à Sede Apostolicâ concessa, possunt
quos,

quoscūq; pænitentes in foro con-
sciētiae absoluere ab excoṁunica-
tionibus iuris tam Episcopo, quàm
Pontifici reseruatis, extra Bullam
Cænæ Domini cōtentis *Alphonsus*
de Casarubios Privilegiōrū compiler V.
Absolutio quoad sæculares. Roder. t. 1. qq.
Canonica. q. 61. a. 5. ex multis Pontificum
Decretis. Pii. 2. Nicolai 3. Sixti 4. &
Leonis. 10. præsertim ex Breui Pauli 3.
Societatis Iesu Patribus concessō ex quo
Presbyteri qui ad onus Confessio-
nū sæcularium idonei reperti &
deputati fuerint (pōssunt quorū-
cunq; fidelium vtriusq; sexus, vn-
decunq; accedentiū, vbi cunq; ex-
titerint, confessionibus diligenter
auditis, ipsos & eorū singulos ab
omnibus & singulis eorū peccatis,
criminibus, excessibus & delictis
quantumcunq; grauib; & enor-
mibus, etiā Sedi Apostolicæ reser-
uatis. & à quibusuis ex ipsis casibus
resultantibus, censuris, sententiis

¶ Habent

P 2

&

& pænis Ecclesiasticis (exceptis
iis quæ in Bulla Cænæ conti-
nentur) potestatem absoluendi at-
que eis pro commissis pænitenti-
am salutarem iniungendi.

VII. Nota. 1. quoscunq; fide-
les, sæculares, Clericos Regulares
(nisi fortè per speciales Constitu-
tiones à Sede Apostolica adproba-
tas impediuntur) tam ex sua quàm
alia Prouincia, vbi pro tempore
expositi sunt, & quasi secum de-
ferunt potestatem istam, qua & vti
possunt vbique, si nimirum Episcopi
adprobatio præcesserit. Imo per
priuilegium Gregorii 13. in Const. Ad
perpetuam rei memoriam. Concedi-
tur adprobato priuilegiato in Epi-
scopatu v. g. Constantiensi, dum
per Augustanum iter facit, facul-
tas audiendi confessiones, obten-
tâ prius, aut saltem petità, si com-
modè peti queat, licentiâ ab Ordini-
ario, aut nõ repugnantibus Rec-
toribus